

Heinrich Rahn

**Rector Universitatis Rostochiensis, Henricus Rhane, I.U.D. & Profess. P. Ad  
Exequias Quae Matronae ... Ilsebe von Buehren/ Nomine superstitis afflictissimi  
filii hodie parantur. Cives suos in templum Marianum ad dimidiam primam  
diligenter vocat**

Rostochi[i]: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747423113>

Druck    Freier  Zugang



Rhane, H.,  
in I. v. Buehren,  
uxor. N. Lepler.

R. 1638.







Dann

27.

RECTOR  
Universitatis Rostochiensis,  
**HENRICVS RHANE,**

J. U. D. & Profess. P.

*AD EXEQUIAS,*

*Quæ*

*Matronæ honestissima*

**Alsebe von Buehren/**

Nomine superstitis afflictissimi filij  
hodie parantur.

*Cives suos in templum Marianum ad dimidiam  
primam diligenter vocant.*



ROSTOCHI,

Typis NICOLAI KILI. Academ. Typogr.

Anno M DC XXXIX.

4

1  
DOMINI CONSERV AET MEN  
EST INSPECT ARE SANCT AU  
INSPECT ARE SANCT AU

2  
INSPECT ARE SANCT AU

3  
INSPECT ARE SANCT AU

4  
INSPECT ARE SANCT AU

5  
INSPECT ARE SANCT AU

6  
INSPECT ARE SANCT AU

7  
INSPECT ARE SANCT AU

8  
INSPECT ARE SANCT AU

9  
INSPECT ARE SANCT AU

10  
INSPECT ARE SANCT AU

11  
INSPECT ARE SANCT AU

12  
INSPECT ARE SANCT AU

13  
INSPECT ARE SANCT AU

14  
INSPECT ARE SANCT AU

15  
INSPECT ARE SANCT AU

16  
INSPECT ARE SANCT AU

17  
INSPECT ARE SANCT AU

18  
INSPECT ARE SANCT AU

19  
INSPECT ARE SANCT AU

Reconcili

**N**ingeniosa res est malitia  
hominum , cui nunquam ,  
quod prætexatur, desit. Et ,  
si quod fuit tempus , quo  
subducere sese officiis cum aliquo  
colore potuerint , quotquot illiben-  
tissime succurrunt afflictis rebus , eo-  
rum nunc quidem vota contige-  
runt. Habent n. quod super contagio-  
ne respondeant queranturq; , ut faci-  
lius deesse possint laborantibus. Im-  
plores in posterum affines & consan-  
guineos tuos , fidemq; experiaris illo-  
rum , quibus benefeceris , desidebit ali-  
quis domi morosus ac difficilis , veta-  
bitq; alloquium , opem , omnia. Ipsa ,  
nimium quam tenera , delicatula &  
domina uxor , de nuncio etiam male  
affecti aut morietis amici præcavebit ,  
ne inclusus caveæ maritus terreatur.

Pp. 2

Si

Sie grediundum sit foras, oppilanda  
nares ad sternutationem usq; & lon-  
go circuitu utendum est, ut aliquem  
in proximo mendiculum & qui Deū  
clarius invocat, prætereas. Foribus  
tuis supplicare nemo miser debet, ne  
aliquid per transfennam veneni inspi-  
ret. Nihil a. magis quam sacer confessus,  
& illa communis fidelium cœna  
vitari debet. Scilicet ut, postquam o-  
mnia designaveris, quorum te ex for-  
mula sua Jesus Christus aliquādo po-  
stulabit, ultimo veniæ quoq; spem e-  
vadas, quia Judici tuo reconciliari  
nolueris. O pietatē, Cives Academiæ,  
quam tanta specie profitemur, quam  
exigimus isto cum rigore ab aliis, cu-  
jus autem ipsi tam improbe oblivisci-  
mur! Poterat equidem, pro moribus  
nostri temporis, aliter se se instituere  
pia

pia atq; honestissima Matrona ILSA-  
BE von Buehren / & appellare præteri-  
tæ ætatis suæ officia, quibus bene me-  
rita jam satis compensasset, cum gra-  
tissima in BUEHRENIORUM familiâ nū-  
quam non antehac florentibus annis  
suis extitisset. Ipsa ætas, qua superstitione  
jam filio suo cōsulere debebat, ad ex-  
cusanda isthæc, quæ hactenus abunde  
præstitit officia, satis superq; justa atq;  
idonea videbatur. Cæterum, quem-  
admodum hanc urbem, eamq; vitæ  
conditionem usq; ad extremum, quæ  
aliquando emissura esset halitum,  
patronis suis deberi intelligebat: ita  
parem apud se beneficiorum memo-  
riam, quocunq; etiam cum discrimi-  
ne & periculo esse voluit. Nata enim  
Lubecæ parentibus honestissimis, Pa-  
tre BERNHARDO, Clarissimi illus AR-

Pp 3

NOL

NOLDI BUEHRENII, Philosophi quondam & Pro-  
fessoris apud nos celeberrimi fratre, Matre autem  
MAGDALENA Niemans/ pudicissima sedulaq; fœ-  
mina; Postquam iis orbata, Deo piisq; , cognatis  
principue relictæ esset , præstit Clarissima apud  
nos, multisq; meritis in publicum etiam celeber-  
rima Matrona, AGNETA BUEHRENIA, Viri ge-  
nere ac virtute præstantissimi Da. JOHANN-  
ES GROTE, patritij hujus urbis tum relictæ  
vidua, ut apud se parentum vicem ac locum re-  
periret , vocatamq; Lubeca tenus atq; instar  
filiaæ habitam, postquam domi virtutem atq; in  
dustriam ejus aliquot annis cognitam perspe-  
ctamq; haberet, honesto integroq; viro NICO-  
LAO Leplern/ civi hujus urbis fido ac laudato  
suis præcipue sumptibus clocavit. Ex quo duos  
suscepit filios, JOHANNEM, qui ante aliquot  
annos in vivis esse desit, & HENRICUM, præ-  
stantissimum juvenem, quem ex patria Academ-  
ia ad inclytam illam Julianam amandatum, Philo-  
sophiaæ pariter ac Theologiae studiis deditum  
liberaliter hactenus per biennium fovit. In quo  
cum reliquas spes vitæ suæ , quantum in filiis  
natura hominibus persuasit , sitas atq; positas  
haberet , exspectaretq; familiæ ac suum vidua  
solarium , coeperunt BUEHRENIÆ illius  
merita

merita augeri quotidie apud illam, majoriq; in  
in pretio esse. Tanto se obstrictam plus ne-  
xamq; existimans ; quo plura à filio, præclara  
omnia in literis meditante, speraret. Inde con-  
vertens sese ad B U E H R E N I A E neptes & cognatos,  
quantum potuit, recentibus semper officiis pro-  
secuta est patronæ suæ munificentiam, &, raro  
admodum gratitudinis exemplo, sanguinem il-  
lis vitamq; impendit. Quippe quæ nunquam  
isti familiæ sese subduxerit, hoc præsertim tem-  
pore, quod evidentissima lue ad contagium usq;  
infestatur, omnibus eorum morbis præsens, ac,  
quod minime opus haberet, velut ministra affue-  
rit, dies cum noctibus per vigilias committens,  
& in ultima usq;, donec spiritus è corpore avo-  
larent, decumbentium lateribus adhærens.  
Quemadmodum insigne pietatis documentum  
nuper in Clatissimis duabus Matronis edidit,  
cum gravissimæ foeminae ANNÆ G A U L I A E, Ma-  
gnifici & Consultissimi Viri Dn. NICOLAI SCHAF-  
FENBERGII J. U. Doctoris, & Consulis apud nos  
Amplissimi desideratissimæ Uxori constantiam  
fidemq; suam in adversis præcipue ac tristissimis  
rebus, cum ultima illi impetiderent fata, ultra  
quam exspectari poterat, approbavit. Tanto in-  
colenda ejus amicitia amore, ut antistitem sese  
rei

rei familiaris; destituto plus satis ac moeſlissimo  
viduo, diligenti opera ac fidei demonstraverit.  
Proxime autem, quodnam argumentum virtu-  
tis ac probitatis suæ vivæ pariter mortuæq; non  
edidit M A R G A R E T H A Stallmeisters / cui ad  
manus ac lectum similiter & mordicus adhæſit,  
secura omnis periculi, & deſe nihil ſollicita. Et  
factum eſt, ut ipſam decumbere oportet, il-  
lamq; medio in æſtu valetudinis nihil unquam  
operæ ſuæ quā impendiffet languentibus, poenit-  
uit, forti constantiq; animo & præterita ſua ap-  
probans & instantia quæq; periferens. Iſta cū eſſet  
vita, non mirum eſt, quod benedictionem à coe-  
lis abunde ſenſerit, resq; illi omnes bene aucteſq;  
ceſſeriat. Nos quoq; eam laudatione prosequi,  
etiam in exemplum propositam & commenda-  
tam habere debuimus. Iſta enim ſœminæ exſti-  
tit pia mens ac grata, ut beneficia colceret æterna  
memoria, reddendisq; iis, quicquid habuit mor-  
talitatis, impendorer. Ut non male ei conveniat,  
aliis inſerviendo ipſam abſumtati eſſe. Agite,  
Cives Academiæ laudatissimam viduam, quæ  
duodecimo Julij pietatis ſuæ fructum in coelis  
conſequi cepit, dum effertur ad tumulum ter-  
ræq; noſtrūm omnium parenti mandatur, ut in  
terram redcat, quæ exinde ſumta facta q; eſt, diligenter  
& frequentes comitamini. Bene Valete.

P.P.16. Julij Anno Christi 1538.










pia atq; honestissima Mat  
BE von Buchren/ & appella  
tæ ætatis suæ officia, quibus  
rita jam satis compensasset  
tissima in BUEHRENIORUM  
quam non antehac floren  
suis extitisset. Ipsa ætas, qu  
jam filio suo cōsulere debe  
cūsanda isthæc, quæ hacten  
præsttit officia, satis super  
idonea videbatur. Cæteru  
admodum hanc urbem,  
conditionem usq; ad extr  
aliquando emissura esse  
patronis suis deberi intel  
parem apud se beneficiori  
riam, quocunq; etiam cur  
ne & periculo esse voluit.  
Lubecæ parentibus hone  
stre BERNHARDO, Clarissim

P p 3



the scale towards document